

cedente quod non est in nostra potestate, scilicet A ex ordinatione, providentia, & voluntate divina quæ est causa effectiva rerum omnium, quæque ab æterno voluit facere illa omnia quæ facit in tempore. 3. ista axiomata destruant etiam dogma suorum authorum; nam quando Petrus sequitur Deum suadentem eo modo quo est congruum, ibi est effectus sequens ex hypothesi quæ non est in potestate Petri, scilicet ex luatione Dei quam Petrus non habet in sua potestate, cum Deus vocet quando, ubi & quomodo vult, ergo effectus ille i. Petri sequela non erit in ejus potestate. Denique hæc habet se effectus contingens ad suam causam, ita effectus liber ad suam, sed effectus potest contingenter provenire à causa proxima B contingente, etiam causa superior sit necessaria, ergo effectus potest etiam liberè provenire à causa proxima libera etiam si causa suprema sit necessaria, vel saltem non in potestate cause proximæ. Confirmatur hæc responsio ex B. Thoma qui docet effectum posse esse contingentem propter causam proximam contingentem, etiam si causa suprema sit necessaria: sicut germinatio plantæ est contingens propter causam proximam contingentem licet motus solis qui est causa prima sit necessarius: & similiter scita à Deo sunt contingentia propter causas proximas, licet scientia Dei quæ est causa prima sit necessaria. Inveniuntur hæc 1. p. quæst. 14. art. 13. ad 1. quæst. 19. art. 8. q. 116. art. 1. lib. 1. contra Gent. cap. 68. lib. 3. cap. 71. 72. & 86. Opusculo 3. capite 139. & apud Alex. Alensem 1. p. quæst. 26. m. 7. art. 2. & quæst. 28. m. 4. art. 3. Unde ad illud si antecedens est necessarium etiam consequens est necessarium, B. Thom. q. de providentia art. 9. ad 12. respondet quod *necessitas cause primæ non inducit necessitatem in effectu nisi postea necessitate in causa secunda.* Quibus etiam conforme est quod habet Bonaventura in 1. d. 38. art. 2. q. 1. quod in syllogismo ex majori de necessario & minori de inesse sequatur conclusio de necessario tunc solum quando minor de inesse talis est ut simpliciter æquivaleret necessario. Consentit etiam Alex. Alensis 1. p. D quæst. 24. m. 5. & quæst. 28. m. 4. art. 5. dicens quod ea ratione hæc conclusio non sit necessaria. Omne currens necessariò movetur ille, est currens, ergo necessariò movetur. Petes quomodo fieri potest quod actus sit in potestate hominis si pendet à Dei præmotione quæ non est in ejus potestate. Resp. esse in potestate propter intrinsecum principium quo ex judicio rationis potest eligere & non eligere, unde est observandum quod quando aliquid dicitur esse in potestate supposito Dei auxilio ut p. 3. in fine diximus. Certum est enim quod homo possit credere, sperare, diligere, mandata implere: verum similiter certum est quod nullum eorum possit, nisi supposito auxilio gratiæ quod non est E in ejus potestate: unde Aug. l. 1. retractationum cap. 22. *In potestate hominis est mutare voluntatem* (inquit) *sed ea potestas nihil est nisi à Deo detur*; & B. Thom. q. 24. de veritate art. 15. concedit nos posse velle & præparare animam, sed tamen non sine divino auxilio; unde 1. 2. q. 109. art. 4. ad 2. Illud quod possumus cum auxilio divino non est nobis omnino impossibile. *Verum* dicent aliqui, quid ergo nos facimus si nihil habemus in potestate, nisi Deus det omnia. *Hanc* q. tractans B. Aug. tomo 10. fragmento 1. dicit *veniam habere*, doctetque cum dicitur nos posse non

peccate, posse mandata implere, &c. debere intelligi quod possumus per gratiam & non aliter, hoc est dicere quod *potestas non sufficit nisi adjuvetur infirmitas*, ut dicit epistola 95. Hinc est quod ex Ambrosio docet lib. 2. de dono perseverantiæ cap. 19. Cor nostrum & cogitationes nostras non esse in nostra potestate, quia scilicet pendent à Deo, non autem à sola nostra voluntate. Et certe si quia requirimus præmotionem Dei quæ non est in potestate creaturæ, sequeretur hominem non posse operari .i. non habere in sua libera potestate ut operetur, ideoque non esse illi imputandum si omittat: etiam ex eo quod Sancti Patres docent gratiam ita esse necessariam ut nec ipsam bonam voluntatem habere possumus sine gratia, nec ullum aliud opus salutis facere, sequeretur quod homo non possit velle aut operari bonum, quia hoc non potest nisi supposito eo quod non est in ejus potestate scilicet auxilio gratiæ. Unde sicut contra præmotionem objicitur quod unusquisque poterit se excusare a peccato dicens quod non habuit præmotionem qua operaretur; ita contra necessitatem gratiæ olim objicientes inducit Augustinus epistola 105. *Excusabant se*, inquit, *homines, qui nolunt recte: fideliterque vivere, ducentes, quid nos facimus minor non tu qui male vivimus, quandoquidem gratiam unde potest se bene viveremus, non accepimus*: quibus respondet, *excusantur Non possunt veraciter dicere nihil mali fecerere, reprobata quia male vivunt; si enim nihil mali faciunt, bene xendo vivunt: si autem male vivunt, de suo male vivunt, defuisse* &c. Similiter & quod D. Hieron. in epistola ad sibi præ Crephontem quidam objiciebat: Si nihil ago detur abique Dei auxilio, frustra dedit arbitrij potestatem quam implere non possum nisi ipse me semper adjuverit. Destruitur enim voluntas quæ alterius ope indiget, coincidit ferè cum eo quod jam dicitur, Si nihil ago sine præmotione Dei, non sum liber: destruitur enim libertas quæ prævenitur: nam prævenire libertatem determinando est impedire libertatem: Verum sicut illi respondet Hieron. *Qui hæc dicit, quam non excedit blasphemiam? quæ hæreticorum venena non superat? Afferunt se per arbitrij libertatem nequaquam ultra necessarium habere Deum, Signorant scriptum quid habes quod non accepisti, &c. velle currere meum est, sed ipsam meum sine Dei semper auxilio non erit meum*: ita nobis liceat cum modestia respondere. Arbitrij libertas talis est ut sine adjutore & præmotore Deo nihil possit agere. Velle quidem meum est, sed ipsum velle sine Deo præmovente & in me operante non erit meum: ipse est enim qui operatur in nobis velle, ut dicit Apostolus. Injuriam tibi fieri putas & destrui arbitrij libertatem, si ad Deum ut præmotorem recurras, si ex illius pendeas voluntate? & ideo dicit unumquemque arbitrio suo regi, & concursus Dei sic esse in potestate liberi arbitrij, ut ob id dixerit Justinus Deum non esse causam determinatam virtutis nostræ aut vicij, sed propositum nostrum aut voluntatem? Certè sicut in omnibus bonis excelsit gratia largitoris, ita in omnibus omnino actionibus supereminet motio creatoris, semper enim auxiliatur, movet, præmovert, & prævenit ille à quo accepimus id omnia quod habemus, pendemusque à voluntate Dei, nec in nostrâ potestate posuit auxilium, quod dat juxta suæ voluntatis consilium. Nec dubium est Deum esse virtutis auctorem, licet

Quomodo actus sit in potestate hominis.